



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

ix. Ne sede vaca[n]te aliquid innouetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

tūm si quis aduorsus eum cui concessio pri-  
mūm facta erit quid obiicere poterit, ordine iu-  
diciario experitor.

*Ne sede vacante aliquid innouetur. Tit. 9.*

**E**piscopali sede vacante de eius statu, & iure <sup>1. Nouit.</sup>  
ne quid innouator, ne quid ipsi concessum  
mutator. cum de præfule ecclesia ordinata erit,  
tum demum qui quid aduorsus eam petent ius  
ſuum prosequuntor.

Itaque quæ depositiones testium vacante ec- <sup>3. Conſtitutio</sup>  
clesia, & legitimo personarum numero <sup>tis.</sup> carente  
receptorum in ecclesiæ cauſa habitæ erunt, reii-  
ciuntor.

Atque adeo capitulo vacante ſede vice epis- <sup>2. Illa.</sup>  
copi in præbendorum conlatione ne fungitor.

*De his quæ fiunt à Prælato ſine conſen-  
ſu capituli. Tit. 10.*

**P**rælatus eiūſque fratres vnum corpus fun- <sup>4. Nouit.</sup>  
to. qui caput ſiet omissis membris aliorum  
consilio in ecclesiæ ſuæ negociiſ ne vtitor. Ab-  
bates, abbatißas, aliásve ecclesiasticas personas  
ſine fratrū ſuorum consilio ne instituto, néve  
destituito. Quæ contrà factæ erunt institutiones  
& deſtitutiones infirmæ ſunto.

In confeſſionibus, confirmationibus, & aliis <sup>5. Quæto.</sup>  
ecclesiæ ſuæ negociiſ fratres ſuos requirito. cum  
eorum cōſilio ſanioriſve partis eadem peragito,  
pertractato. quæ ſcifcenda, ſtatuenda erūt, ſcisci-  
to, ſtatuito, errata conrigito, euellēda diſſipato,  
euellito, abſetiū fratrū nomina iſcribi ne ſinito.

O ii